



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Prudentiam 21.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

simul cùm dignitate exprimatur, ut v.g. Conrado Episcopo Esterensi, an ejus successor quoque continetur. Et verius est non contineri, quia præsumitur personæ habita ratio, arg. 1. *Servus* 37, D. *Desipulat. servor.* Atque hanc sententiam afferit & communem defendit Decius hic num. 45 cum seqq. Nisi ut rectè tradunt Panorm. hic num. 8. *Eidem* Decius num. 48. delegans sive committens non haberet ipsius delegati notitiam; quia tunc expressio nominis proprii nihil operaretur, sed iaspiceretur solum dignitatis nomen, *text. int.* Qui habebat 28, D. *Dereb dubius.*

Sed nolim hæc fuisus prosequi, propter Conc. Trid. *Seff. 25, c. 10, De re form.* quo omnes delegations sunt personales, hoc est, ad successorem non transeunt. Nam statuit, ut in singulis Conciliis provincialibus & diocesanis quatuor aut etiam plures personæ, quæ qualitates habeant,

## In Cap. Prudentiam 21.

## S U M M A R I A.

1. Plures delegati quomodo constituantur, & quid tunc juris.

**H**æc Decretalis agit de pluribus delegatis Had eamdem causam constitutis, quod quandoque simpliciter, quandoque certa forma sit. Si simpliciter, necesse est, ut simul o-

mnes convenient: alioquin si unus eorum rebus humanis exemplus, vel aliter absens fuerit, reliqui in eadem causa procedere non possunt, c. *Vno delegatorum* 42, c. *Causam matrimonii* hoc tit. *Ob. l. Duo ex tribus* 9, D. *Dere judic.* ubi textus hanc rationem adfert, quod omnes judicari iussi sint, scilicet coniunctionem: at si disiunctum, vide quæ dixi in c. *Sciicitatus* 13, sup. *De rescriptis.*

## In Cap. Super questionum 27.

## S U M M A R I A.

1. *Delegatus S. Pont.* quatenus totam causam vel partem subdelegare possit.
2. *Et quid juris in ordinario delegante.*

**D**iscimus ex hoc Capite delegatum summi Pontificis non tantum totam causam, sed vel principium, vel medium, vel finem unius vel pluribus subdelegare posse: hoc tamen discrimine observato, ut, si totam causam subdelegaverit, non ad se, sed ad delegantem suum, id est, Principem appelletur; si partem aliquam, tunc ad se, tamquam ad immediatè superiorem, *text. h. § porr. & int. l. § fin. D.* *Quis à quo appell.* Ratio distinctionis est, quia priori casu abdicavit à se iurisdictionem causæ totius, unde ad se tamquam Judicem provocari non potest: posteriori vero, cum adhuc Judex causæ persevereret, rectè ad eum

appellatur, d. § porr. *&c. S. delegatus* 7. § fin. eod in 6 His adversari videretur textus in l. un. in fine C. *Quis pro sua jurisd. &c.* ubi indistinctè constituitur, ad Principem, non ad delegatum ipsius appellari debere: item in d. l. §. 1. Sed uterque textus est accipiendus iuxta distinctionem iam dictam, quando scilicet integra causa alteri subdelegatur. Unde idem erit in delegato ad universitatem causarum, sive qui ad plures causas simul constitutus est; ut, si is unam causam subdelegaverit, ab eo non provocetur ad subdelegatum, sed ad Principem, cum nihil iurisdictionis sibi in illa causa retinuerit, d. l. §. 1. *Quis à quo appell.*

Sed an idem observandum sit in ordinario iudice, ut si is totam causam delegaverit, ipse provocandus sit, an eius superior? Et putat Alciat. in *Rubr. inf. De off. ordin.* 8. idem esse, quod in casu praecedenti, ob eamdem rationem. Sed fallitur Alci-